

311.

Papst Bonifaz IX. gestattet dem Markgrafen Wilhelm I. und seiner Gemahlin Elisabeth, an einem tragbaren Altar für sich und ihre Umgebung gottesdienstliche Handlungen vornehmen zu lassen.

Rom (s. Peter), 1389 Nov. 13.

5 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 4700. Die Bleibulle an Fäden von rother und gelber Seide.*

:Bonifatius: episcopus servus servorum dei dilecto filio nobili viro Wilhelmo marchioni et^a) dilecte in Christo filie nobili mulieri Elizabeth eius uxori marchionisse Misnensi^a) salutem et apostolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut petitionibus vestris illis presertim, quas ex devotionis
10 fervore prodire conspiciamus, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati, ut liceat vobis et utrique vestrum habere altare portatile cum debita reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis possitis per proprium sacerdotem idoneum missas et alia divina officia sine
15 iuris alieni preiudicio in vestra et familiarium vestrorum domesticorum presentia facere celebrari, devotioni vestre tenore presentium indulgemus. Nulli ergo omnino —. Si quis autem —. Datum Rome apud sanctum Petrum idus novembris pontificatus nostri anno primo.

Auf dem Bug: Pro N. de Ben^{to}

Tho. de Zohannis ij.

20 *Unter dem Bug links:* Fe[bruarii].

^x
daneben: N. de Piperno.

Io. de Malesicz.

rechts: P. de Bosco.

Auf der Rückseite: N. Cruger.

25 Rⁿ.

312.

Papst Bonifaz IX. gewährt dem Markgrafen Wilhelm I. und seiner Gemahlin Elisabeth, daß der von ihnen gewählte Beichtvater sie angesichts des Todes von allen Sünden absolviren könne.

Rom (s. Peter), 1389 Nov. 13.

30 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 4701. Die Bleibulle an Fäden von rother und gelber Seide.*

:Bonifatius: episcopus servus servorum dei dilecto filio nobili viro Wilhelmo marchioni et dilecte in Christo filie nobili^a) mulieri Elizabeth eius uxori marchionisse Misnensi^a) salutem et apostolicam benedictionem. Provenit ex vestre devotionis affectu,

311. a) et — Misnensi enger geschrieben, wohl Nachtrag (von derselben Hand?) auf einer offen gelassenen Stelle.

35 312. a) nobili — Misnensi enger geschrieben, wohl Nachtrag (von derselben Hand?) auf einer offen gelassenen Stelle.